

M. MEL. LAUBANI  
SPROTAVII SILESII

EPOS

A VSPICALE  
AD SENAT. POPVLVM-  
QVE DANTISCA-  
NUM.

*Cum solemnni ritu incliti ibidē GYMNASII  
Prorector ac Professor Græca lingua,  
Oratoricæ Poëseos renun-  
ciaretur*

A N N. cō lō cV.  
AD XIV. KL. DECEMB.  
CUM

INSERTA SIVE LA-  
CINIA

O D A R V M D A N T I S C A,  
N A R U M

non absimilis argumenti.

DANTISCI,

Ex Officina Typographica Guilhelmi Guilmothani  
ANNO cō lō cV.

VOBIS  
Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi  
VIRI,

D. JOANNES LINDANE BURGRAVI REGIE  
D. GERHARDE BRANDESI PRÆSES.  
D. BARTHOLOM. SCHACHMANE, VICEPRÆSES.  
D. JOANNES THORBECE.

REIPUBLICÆ DANTISCANÆ  
Praconsules meritissimi;

VOBIS ITEM RELIQVIS  
CONSULIBUS,  
SENATORIÆ CURIÆ LUMINIBVS  
ac Patribus patriæ benignissimis  
HÆ DANTISCANI OTII PRIMITIÆ,  
MEI SCILICET  
in Urbem adfectus,  
in Magistratum observantiæ,  
in Gymnasium fidei

TESTIMONIUM ET ARRHA  
CERTISSIMA:

VSTRÆQUE RECIPROCÆ  
in Ecclesiam pietatis  
in studia munificentiae,  
in me advenam patrocini ac favoris

HORTAMENTVM AC PROTELVM  
RELIGIOSE DICATÆ SACRA-  
taque sunt.

M. LAUBANUS

EPOS

**O** MIRANDA nimis sanctarum & cognita metas  
 Ante suas nulli Parcarum stamina ! sicne  
 Fatales instare colus mortalibus agris;  
 Ut qua nec ratio, nec mens praesaga futuri  
 Praesensisse umquam poterat; quaeq; ipsa recuset  
 Credere credulitas: tamen impulsore Jehovâ  
 Eveniant, ferro prohiberi ignara dolove?  
 Heu nihil humanis fas quemquam fidere curis!  
 Vsq; adeo Isâcii vera est sententia Regis,  
 Quem claro Genitrix peperit Bathseba Davidi:  
 Lubrica mens animi decepta cupidine falso  
 Nunc huc contemplando aciem, nunc dirigit illuc;  
 Si qua suis pandat se semita idonea plantis:  
 Solius at For & labor est, vestigia euntum  
 Fulcire; atque ratas stadio praefigere metas,  
 Quas teneat, satis Cursor mandantibus ultro,  
 Multa agitant multi: at, rerum successus ab alto est.  
 Ac veluti Sonipes, sive ad certamina eundum  
 Martia: seu nemorum vocet ad sua retia cultri:  
 Delia; cum primum liquit praesepa reclusis  
 Postibus: exultat, jam liber, & aquore aperto  
 Huc obversus & huc fremit; ac hinnitibus aurâs  
 Verberat, adversas; spumis & sanguine ferrum  
 Vritur; ille mora impatiens cunctantis, iniquo  
 Insultatque solo, & gressus meditatatur ovantes.  
 Nec tamen ire licet, quoquo insatiatus eundi  
 Raptat, amor: doctis sed enim urgens Sessor habentis  
 Flectit iter, srigidis que adigit parère lupatis.  
 Haud aliter celsi arbitrio Rectoris eunt res  
 Terrigena in solidum; nec prius vivere, cuiquam est

Exclamatio  
 Thefeos  
 generalis  
 de vi fatore  
 in consiliis  
 & actionibus;  
 hom. moderandis.

Demonstratio  
 Thefeos  
 testimonio;  
 Salom. proverb.  
 16: v. 9.

Illustratio  
 Thefeos, comparat  
 similibus potestatis  
 Equitis in equum.

*Auspiciis, & sponte sua componere curas*  
*Estne opus exemplis? (non arbitror) hercle vetustis*  
*Nim opus est, procul aut quasitis. En ego memet*  
*Argumentum in gens hodie LAUBANUS ab isthac*  
*Ostento cathedra. Mater me SLESIS in auras*  
*Extulit; & puerum primis eduxit ab annis,*  
*Pauper aqua qua SPROTTA capaci adfunditur HEBRO.*  
 I. *GORLICIA inde bicornis humo Parnassus Ephébo*  
*Musarum artifices modulos & tinnula Phæbi*  
*Plectra ferè quatuor dedit auscultare per annos;*  
*Nec tantum auscultare; sed & quandoque vicissim*  
 II. *Respondere sacris non aspernanda Deabus.*  
 1. Scholæ *CANDIDA mox juvenem gremio suscepit OREAS,*  
 Gorlicensis. *LUTHERO celebris, celebrisque MELANCHTHONE OREAS,*  
 2. Acad. *Et Sophies penetrabile jubar monstravit opertosque*  
 Viteber- *Vrania gyros: bis donec flammæ annuam*  
 genensis. *Finiit, & primis oram me iussit Apollo*  
 3. Acad. *Solvere cum Zephyris; NICRIQUE canora fluentæ*  
 Heidelber- *Visere, dulcisonam quæ mite examen Olorum*  
 genensis. *Ille Palatinæ Leo cordatissimus ora*  
*Gaudet Acidaliæ MYRTORUM aluisse sub umbrâ;*  
*Grande quibus nuper sceptrum & diadema MELISSUS*  
*Prætulit, Alituum cunctâ applaudente coronâ.*  
 Magisteriū *Heic, ut Aletrosynes me ter gemina imbuit æstas*  
 & Poëtica *Nectare, testamen studii, curæque brabæio n.*  
 Laurea. *Phæbus honoratam Sophies mihi cessit Abollam;*  
*Serta 3, vix meritis num quam moritura Poëta*  
*Crinibus implicuit; sicq; ad patria arva remisit.*  
 III. *Jamque redux Claræ mactatus honore Palæstra,*  
 Gubernatio *Principio Patriæ Nutritia debita honestis*  
 Schola- *Redderem ut officiis: SPROTTAVI virgea ludi*  
 sum. *Sceptra manu quinos versabam industrius annos;*  
 Sprottavi- *Sceptra manu quinos versabam industrius annos;*  
 ensis patriæ

Quotidie ebruians; **U**ERIQUE reperta beantis  
Aclingua specimen duplicis laudataque morum  
Haut leuium teneris immulgens pabula labris,  
Donec Apollonei me **D**UX **J**OACHIMUS agónis  
Esse Palastritam dedit; & certamina publi  
**C**HRYSORIDOS, meritaque indicere premia palma,  
Pigera nobilium qua succrescentia Avorum  
Pulcer arenoso latatur **C**ATTUS ab alveo  
Ingenuum impigros per iter Virtutis & Artis  
Ferre pedes: decoris titulos famamque paterni  
A puero proprius ut pro se laudibus aquent;  
Aut superatam et iam ventura in secula mittant.  
Scilicet Aonidum locus hic Charitumque lepori  
Religione Patrum longo devotus ab aeo est;  
Quattuor heic docto semper seruentia caetu  
Atria Pallas habet; vigilemque impertit olivam  
Excubiis juvenum impigris; Phabique repertis  
Feta domus, comptoque loquacia pulpita versu.  
Nec studio eventum **D**EUS invidet: agmina namque  
Tanta virum nunquam, perjurâ fraude Sinonis  
Scandit ubi Iliacos fatalis machina muros,  
Duratei e latebris furtim prorêpse caballi  
Crediderim: insignes quot **S**LESICA jactat alumnos  
**C**HRYSORIS; sex quibus ille superbâ Principum in Aulâ,  
Hic populi in medio conventu, adytove Senatûs  
Segrege consiliis habitus non futilis auctor;  
Sacra fidem que alius, vitæ argumenta perennis  
Edocet, aut teneros Pindi ad prærupta Quirites  
Egregias gressum jubet adsectare per artes.  
Hæcque, aded ex illo jam tum speranda siere  
Tempore, quo primas **C**ULMA e **P**RUTENIDE Musas  
Intulit **A**UREOLÆ pridem ille serenior urbis

2, Illustris  
Aurimon-  
tanæ.

Digressio  
in laudem  
Goldbergi-  
ci Gymna-  
sii.

Phabéis que viris septenum fovit in annum,

Me statio; laribus nec nostris porro negabat

Hospitium, & vita qua commoda postulat, usus:

Quid fuit ergo rei, quòd honestâ hac sede relicta,

Et patriâ caris que sororibus atque propinquis,

Ac patrocinio Mecenatum arduo, amantâ

Dulcium amicorum cum consuetudine, & illis

Omnibus, ante alios quorum ergò adsuevit amari

Patria terrarum tractûs: his omnibus, inquam,

Cur ego post habitis fidâ cum Compare & omni

Mole utensilium rerum castisque rutisque

Longinquum per iter, per tot dispendia rerum,

Ausus in ignotâ vestigia ponere ripâ;

Ignotumque subire larem, atque incerta virorum

Vota voluntatesque sequi, nec cognita sensa?

Nonne animam subiit vox haut spernenda Pœtæ

Ausonis, exilio quem perpete Casaris ardens

Ira Tomitanas procul urbe fugavit in oras;

Mirificâ natale solum dulcedine cunctos

Ducere cantantis; vixque umquam obliviam fuisse

Vlla pati? Et certè non est sine crimine, si quem

Fuillus Ambitio, aut ardor sceleratus habendi

Impulit; ut terras peregrino sole calentes

Stellia inops animi genitâli praeferat, arvo,

Plus nimio heu facilis suetos migrare penates!

Meque adeo antiquâ poterant statione tenere

Jam perspecta opera & solitorum tela laborum,

Juraque per classes data non sine laude volentes.

Nempe avido velut haud omnis fert omnia tellus

Agricola; sed qua dedit hic ager, ille recusat;

Heic segetes, illic veniunt felicius vva;

IV.

Vocatio  
Dâricana.  
Percuncta-  
tio pathe-  
rica causâ  
relictâ pa-  
triâ.

Recensio  
Objectio -  
nâ contra  
abitu.  
1. Ab adjû-  
cto amore  
patriâ, bo-  
nis ingeniis  
infito.

2. Ab adjû-  
ctâ cõmo-  
ditate cõdi-  
tionis pû-  
stinç

Locus cõ-  
munis de  
periculis  
mutationû

Arborei fetis alibi; aut pecori utile gramen:  
 Sic equidem ingenis non est idem omnibus omnes  
 Per populos habitus: nec sunt sua ubique Magistris  
 Fata eadem & pubis par disciplina regunda,  
 Sepius hinc videas, quem tota Lycéa tremebant  
 Ante; salutare si quando excitus in iras  
 Effera degeneris commissa piabat, Ephébi,  
 Vindice seu ferulâ, aut minitantis fulmine lingua;  
 Nunc vice mutatâ ac veteri statione pusillis  
 Ludibrium pueris debere per atria; tantoque  
 Esse irridiculo; ut Doctorem nequiter ausint  
 Calce reprecutere, & falcato illudere dente.  
 Esto tamen patriâ in tellure haud omnia votis  
 Respondisse meis: quid tum? GEDANENSIA, nempe  
 Litora fors nostris substernent lilia plantis,  
 Pestanasve rosas, aut purpureos Narcissos?  
 Quin saepe in Scyllam abripitur, quicumque Charybdin  
 Declinat, nimium. Namque hospes ubique locorum,  
 Ipse domi servat; aut expectandus in omnes  
 Imminet articulos; ut nota parœmia vulgi  
 Nostratis memorat. Quod si discrimina nusquam  
 Vlla aliâs metuenda forent: rerum hercle novarum  
 Prima suis numquam caruere exordia damnis.  
 Dic mihi, quem patriâ procul arva aliena petentem,  
 Livida non rabies portâ adlatrarit in ipsâ?  
 Num virosâ queat, cessare Calumnia, inertis  
 Invidia germana soror: quin vertere morsus  
 Hospitis in caput & famam advenientis honestam  
 Audeat; ingeniosâ nimis lacerare probrosis  
 Criminibus sine fine bonos; & spargere voces  
 In vulgum ambiguas: virtutis & orsa protervè  
 Suggillare, notâque gravis traducere culpa?

3. Ab adjunctis incommodis mutationum ut sunt:

1. Status & fortuna: facilius exasperatio, quam emendatio.

2. Invidia in advenas.

3. Calumnia.

Quas

4. Credulitas civium.

*Quas vero obsequiosa hominum non fascinat aures  
Credulitas? omnes sueta inservare susurros  
Advena in opprobrium: contra indulgentia cara  
Tutaturque favor patria convicia iniqua  
Civibus, & vita tenor omnibus obvius aëte.*

4. Ab adj. praefigiis quorundam inauspiciis.

*Ac memini, istius cum tentamenta negoti  
Prima catē pangens Latialis epistola, serenos  
Me daret in fluctibus curarum; & fida juberet  
Consilia ambiguum caros exposcere Amicos:  
Tunc mihi nescio quis plus quam ferale canebat,  
Exitium, morbosque graves subitasque cupressus;  
Nempe ora altricis commendataeque juventa  
CHRYSORIDOS profugo desertori; unde tenelli  
Ingentem alveoli possint sentire ruinam.*

Conclusio  
Objectionum in repetitione Periculationis causarum.

*Qua vis ergo trahax, qua tanta potentia fati  
Vincere tot remoras, mille & sufflamina ruptis  
Obicibus valuit? quae pollentissima fandi  
Seiren arte ratâ patrios abolere penates,  
Externique novo potuit praevertere amore  
& Etheris hos animos, umbrae atque quietis amantes  
Semper, & insensos pompa ac popularibus auris?  
Quis Deus (humani neque enim est moliminis: ) ergo  
Quis Deus obtinuit: quo noto exire liberet  
Servitio, ac longinqua operam spondere cathedra?*

Responsio indicans causam principalem susceptam migrationis.

*Nimirum illius qui res terraque polique  
Consilio trutinat solus, dextraeque iuetur,  
Illius hac vis est adamantina Caëtis; omne  
Cui Patet imperium & rerum transcripsit habenas;  
Quique triumphatâ Nece, Cerberi oque Satânis  
Cur cere, ob hoc patrium victor remeavit Olympum;  
(Quâ celsi ad dextram Genitoris eburnea Gnato  
Sella nitet, Sceptrumque ingens, meritaque secures)*

Ut caput

Ut Caput electa Custosque cohortis in evum  
Aetheris sanctam mactaret dotibus Edem;  
Præficeretque sacris Mystas altaribus; atque  
Docta Professores ad pulpita mitteret; alma  
Religionis opes, Sophiaque reperta sagacis,  
Munditiem & teretis Suada, moresque decentes  
Qui juvenum rudibus nosset aptare Minervis.

Ergo Deo monstrante viam tellure profectus

**ELYSIA** hoc Balthes religavi in litore classem.  
Sed quibus indicis, quâque id ratione viâque  
Contigerit (divina suis sapientia quando  
Consiliis præsinat iter formamque modumque  
Quo sese teneant certi numquam indiga finis)  
Hoc quoque fert animus succincto ostendere versu.

Nox erat, & sudo radiabant gemmea calo  
Sidera; flectebatque rotas & plaustra Bootes  
Pervigil; immensoque rotata volumina gyro  
Circumagens, geminas nodis incinxerat. Arctos,  
Arctos Oceani fugitantes aquora, Serpens.  
Nec minus horribili clavâ ful gente que Orion  
Ense minax rutili stellata emblemata balthei  
Clarè ostentabat: nec cetera sidera grata  
Pro se quæque facis per noctem & lucis egebant.  
Interea curas hominum cursûs que ferarum  
Dulcis & alta quies vice solabatur amicâ.

Hac aliis passim: sed non mihi, quem vigilem anceps  
Cura fatigabat sortis vitæque futura.  
Et tum, quâ geminos spectat, conclave Triones  
Vicina acclinis pro consuetudine clathra,  
Stellarum tacitosque gradûs & flammea cali  
Prodigia admirans obtutibus hareo fixis;  
Multa super fatis me deinde vocantibus amens

**B**

Incer-

Propositio  
causæ, mi-  
nus princi-  
palis,

Chrono-  
graphia No-  
ctis.

Sollicitudo  
mea su-  
per nego-  
tio vocati-  
onis obla-  
ta.

Incertusque animi: dem venis carboja  
Finibus avellar patria: an statione quiescens  
Antiquâ ignoti detrectem federaludi.  
Hinc patria retinacula premunt; ast inde voluntas  
Dia movet, flectique J E H O V E voce citantis  
Non renuens animus: donec languentia tandem  
Acceptit thalamus membra, evicitque sopore.

Apparitus  
Trocedorff  
fii in sonis.

Jamque sub extremum noctis TROCEDORFIA coram  
Visa mihi in somnis facies adstare jacenti,

Qualis Apelléa calamo non artis egente  
Effigies nativa Viri, curante Senatûs

M Zachar.  
Borch. Cō  
sul Reipub.  
Goldb. me  
xistimus.

Illo oculo Sene BARTHIADÉ, Tabula illita acerna  
Maestate sacrâ vultûs adyta intima Templi

Consecrat, ad tepidos ara vicinior Austros.

Mitra caput velat; sed pectus Abolla senectum

Integit exsurvis Martis suffulta pilosas

Pensilibus librum manicis exserta rotundum

Lava terit gestans. Mox talia satur ad aurem:

Oratio Tro  
cedorffii ad  
migratio  
nem hor  
tantis.  
Exordium

Noster amor, Vates, doctrina & vocis alumne

Atenero unguis mea: nostri nam prima Lycæi

Gloria te NISSI docuit LUDOVICUS ad amnem

Prima rudimenta Eusebia, Peithûsque diserta

Ac Sophia: methodo prorsus conformia nostra,

Immo excepta meo profitentis ab ore Magistri.

Vidi etiam hac eadem te per vestigia, vidi,

Suetum ferre pedem; nec CHRYSORIS ipsa negabit,

Desolata prius: sed enim te huc usque colono

Constita frugiferis aliquo cum sanore plantis.

Eia age porro tui feriem & rata momina fati

Me duce jam nosces: quando hac te cura remordet.

Quâ visa est fortuna pati, Parcaque ferebant

CHRYSOREAS sub te duce rejuvenescere Musas,

Teque

Teque his esse locis: ludoque tibi que tributum est.

Nunc certis aliò te posciet auguro fatis;

Discessusque dies & lex manifesta propinquat.

Ibis, quo Superum mens sanctior evocat, ibis;

Et tua succinifer vulgabit carmina deinceps

VISTULA; quæ fluctu BALTHÆ furialis Eoo

Quassa CLYLIPENUM longè sinuatur in arcum.

Ac poli inocciduos circumrotat umbo triones.

Quamquæ etenim retrahat, titubantè patria, quamquæ

Sponte tuam celebris prænsando Academia Musam,

Sollicitet: sociamque sui velit esse ChoragI:

Non patria tamen, aut spondet quam Academia, laudis

Ingeniue otì veniet tibi tanta cupido:

Enthea Parcarum quin possit utrumque potestas

Vincere, & invictis te condonare BORUSSIS.

Nempe (fatebor enim prodens jura abdita Divùm)

Tempus adest fatale meis in CHRYSORIAMATÆ

Alveolis: simili ut gratas pietate rependant

Tandem aliquando vices alma PRUTENIDOS ora.

Urbs jacet indigena CULMAM dixere, BORUSSIS

Finibus: insano quam VISTULA murmure aquarum.

Pingua THORUNIE veteris per cùlta volutus

Alluit, ALMANIÆ ille propinquum limes ad ortum.

Heic sedes patria & ferulis cunabula nostris.

Centum namque ierunt lustris labentibus anni:

Prima jugis quondam his cum advecta colonia, mite

Hospitium & petiit, facile obrinuitque petitum

Cætibus Aoniis; CULMÆA ab sede fugarat

Quos stomachi esuries, longa & penuria edendi.

Ecquid iniqui igitur, si post quam tempora Parca

Debita compleverunt, pro discuntum agmine magno

Cui sua Gymnasium hoc debet primordia, proque

Pubis Apollineæ Duce cordato, atque Lycéi

B 2

Funda-

2. ab exem-  
plo pari.

Illustris Au-  
rimonta-  
na Colonia  
Gymnasii  
Culmenis  
in Borussia

Fundatore ipso (WILDENBERGUM innuo nostrum)  
Nunc veteris meriti hostimenta aliquantula Musas  
CHRYSOREAS rogitet GEDANUM, teres urbium ocellus  
PRUSSIAE & ditionis apex? Hoc hoc pol in omen  
Posceris o LABANE: neque est avertere promptum.  
Fatorum tenor obstat & irrevocabilis ordo.

Cōfutio  
Objectio-  
num supra  
allegatarū.  
1. De pa-  
triae amo-  
re & desi-  
derio.

Nec Patria obvertas nomen mihi: qualibet ora  
Quando Viro Patria est forti: quā quemque locarit  
FORAVOCANS tellure, extrema cubilia Phabi  
Sed spectet propior: sive Arctos opaca refuso  
Alluat Oceano; sive illam extenta plagarum  
Quattuor in medio dirimat plaga Solis iniqui,  
Hæc patria est, hanc quisque putet reverenter habendam.  
Si nescis, quicumque animum erudiere per artes;  
Atque sui memores alios facere usque merendo  
Conantur, se raro unâ regione tenent: sed  
Caligina arboris instar habent; quam fingit Ariston  
Immotis celsa impactam radicibus athra  
Ambitione vagâ ramorum obcingere terras.  
Radici caput ad fine est, immobile summo  
Quod fruitur calo: ramorum brachia plantas  
Equiparant, quodvis alacres latus orbis obire.  
Quin age care mei successor honoris, ab isthac  
Disce fugâ humana discrimina grandia vitæ;  
Flexibilesque rotas & numquam Fortis eodem  
Stare loco dociles variato poplite gressus.  
Jure peregrinatio vitæ hæc tota putanda est;  
Nullibi qua stabile hospitium fixosque penates  
Spondet Adamigenis: ex quo decepta revellit  
Femina primævam fatali ex arbore culpam.  
Calum homini, calum statio est æterna; vacillant  
Cætera per terras immota exposita ruinae.

Et

Nonnihil arbitriis Superum; qua forsitan horas  
Post aliquot jubeant adamantina fata polorum.  
Linquier in solidum? Nec te via longa, locive  
Terreat ignoti status, aut nova turba laborum,  
Spicula ve invidia, virusque Calumnia mendax  
Quod vomit, & quaecumque aliàs sivevere timeri  
Rura habitaturis peregrino sub Jove posta.

FATAVIAM INVENIENT, ADERITQUE VOCATA JEHOVÆ  
VIRTUS, ILLA INOPI VIM PRÆSENS ADDERE VIRTUS.

Tali tunc senior TROCEDORFIUS ore loquutus  
Obticuit, subitoque in inanem evanuit auram.

Me simul intuitusque Senis somnusque reliquit:  
Insequor his contra: Jam jam mora nulla volenti est;  
QUO ME FATA TRAHUNT; PIETAS SECURA SEQUETUR.

Stat patrium mutare larem; stat Balthica cursu  
Carula, & Arctoi lustrare vireta Lycæi.

Tu modo JOVA parens Vati felixque bonusque  
Esse tuo digneris, & isthac omnia firmes.

— Sic factus tepido membra exsternata grabato  
Corripio, & Divum repetitis laudibus Aulam  
Illustrem facio certam, remque ordine pando.

Agnovit tandem vim fati; a quoque petit is  
Annuit ad sensu; ac Balthes dimisit ad actam.

Ergo vaie aeternum Natalis o ora, mearum  
Conscia cunarum, & vitæ Nutricula tot jam  
Fida per astates; cui prima elementa sagacis

Debeo doctrina ac virtutis; sospite qua me  
Conjugio & subole ac variâ optimitate beasti.

Tot tibi pro meritis, o Patria, (quando Poëta  
Nil reliqui est aliud) viden' hoc jam nuncupo votum:  
Staque vireque diu castis durabile Musis

2. De incō-  
modis mi-  
grationum  
per præci-  
tionem.

Depositiō  
perlonæ.

Exclama-  
tio experge  
facti.

Petitio &  
impetratio  
gratiæ di-  
missionis.

Valedictio  
eueharisti-  
ca & votiva

1. Ad Patri-  
am SILE-  
SIAM.

Hospitium, Eusebia que salutarique Themista;  
Nec tibi paciferam turbet Bellona quietem;  
Quæ trucidibus flammis armata & acinace Turco.  
Finitimos jam tum viduat, cultoribus agros;  
Opidaque (heu cladem tragicam!) populatur & arces.

2. Principes  
meos Juni  
ores Duces  
Lignic. &  
Breg &c.

In primis gemine ô flos SLESIDOS, illa BREGENSIS  
Spes rediviva domûs, generosum & sanguen Avorum  
**JAN-CHRISTIANE** vale, vale o **RUDOLPHE-GEORGI**.  
Vivite florentes ambo; atque adolescite **JOVÆ**  
Laudibus, Aonidumque bono populique salutis  
Celsi fama Patris quò per vos longius alas  
Explicet, haud ulli deinceps superabilis avo.

3. Ad Gene-  
rosum &  
Magn. Vir.  
Vencesla-  
um à Ze-  
allitz Præfe-  
ctum Li-  
gnic. & Jun-  
Princip.  
Tutorem  
laudatiss.

At quâ voce parem meritis sancivero palmam  
**WENCESLAETUS**, **LYGIÆ** cui publica fasces  
Curia submittit; quemque immaturior atas  
Utriusque Ducis re consilioque fidelem  
Tutorem agnoscit, pronoque observat honore?  
**Quam** cuperem, o nostra Macenas inclite Musa,  
Per tua Pegaseis hodie magmenta veredis  
Nitier: aut pennis altè subvectus Amoris  
Per Charitum Veneris que hortos pictosque perenni  
Flore pedem campos ferre & cœlestia prata!  
Unde metens violas digitis, calathosque rosarum,  
Liliaque & rorem maris, æternosque amarantos  
Non prius audito tibi texerem honore corollam;  
Quæ moribundi expers senii tua tempora circum  
Purpuret; ambrosiosque halans dispergat odores;  
**Donec** Hyperboreum Cynosurae argentis ad axem  
Pulcra Ariadnæ ardebunt spectacula Corona.  
Sed non ista loci sunt hujus; & irvidet ipse  
Phabus Hyantheos ausuro talia fontes.  
Tempus erit tamen, Aonidum tua nomina peplo

Cum

Cam graphice intexent Charites; cunctis que legenda  
Publicitus mundi spacioſa per atria dident.  
Interea quantum ſenibus clementior annis  
Apponet Lacheſis: tantum addat, o alma Juventas  
Roboris atque animi Pallas: **CEDLICIA** Virtus  
Pſe genitis etiam quò ſera nepotibus adſit.

Hæc Patria ſunto, quam liqui corpore, numquam  
Adſectu atque animo. Nunc tu peregrine mihi Sol  
Salve adventitium in morem, quem ambobus ocellis  
Haurio; vos aura ſalvete, anima que volucres  
Aëris ignoti, & ventorum Aquilonia regna.  
Te que adeo, ſtrepitu quem ſulcantem arva marino  
Balthica caruleis amplexibus Amphitrite  
Urget inexpletum votivâ voce ſaluto,  
Uſtula Sarmatica rex torrentiſſime lymphæ.

**GEDANUM** Europa geminas vergentis ad Arctos  
Pulcra Synopſis; o urbs Maja gratiſſima proli,  
Velivolis grævida emporiis, mariumque virorum,  
Prodigas Pegaſi dumque ſimul non infima cultrix,  
Ut te ego poſt Syrtes curarum animique procellas  
Ancipitis; poſt mille abitusque viæque labores  
Contemplor que habitoque lubens! ut munera **VERI**  
Celitis & pacis terre nœ commoda, vitæ  
Soſpitis ad jumenta animo tibi grator ovante!  
Salve magna parens penoris, Feronia opimum  
Hospitium: tibi res ſolida virtutis & artis  
Ingrediar, Clarias promptus recludere **Gazas**  
Et geniale canam per caſta ſedilia carmen.

Vos modo magnifici decora o auguſta **SENATVS**,  
Propugnacla ſacræ Eunomies, oſtenſaque ſatis  
Ancora fida meis, caſuque levamen in omni:  
P: accipue ſanam quorum eſt operasque tueri

**GYMNA**

Salutatio  
urbis Dan-  
tiscanæ.

Apoſto-  
phe adven-  
toria ad  
r Ampliſſ-  
& magn.  
Senatum &  
Scholar-  
chas.

GYMNASII, Sædosa tutela, quaternæ Viri in vis:

2. Dn. Scabinos.

Vos & honorati Proceres, quæis æqua tribunal  
Commisit gladiumque suum Themis; atque iuventæ

3. Rectoræ & Profels. Gymnasii.

Doctores o adsidui, quos fama sub auras  
Ingenii volitans celsis dudum intulit astris:

Tuque jubar gentique tuæ sacloque sequenti  
Transcriptura novum, o Pubes, quam laudo modestis

4. Inventuram studio fam.

Obsequiis circum hæc pressisse sedilia; docta  
Palladi quò facias; Parnassique alta bicornis

Tandem etiam superes fastigia crure citato:

Denique tu Sanctæ TRIADI Sophiæque Magistra

5. Gymnasium univ. verum.

Dextrè operata domus; quodque hac primûs (o pede fausto!)  
Calco die, teretis solium sublime cathedræ;

Vos ego contestor longo ordine singula, me nunc

Me quaeso studiis animis que faventibus ultrò

Accipite & vestris civem submitte regnis.

Insinuatio.

Vestrum ego iudicium, suffragia vestra sequutus

Post habui patriam, consanguinitate propinquos,

Pulpita nota, operas consuetas, candida amicùm

Corcula, munificos Patronos, commoda vitæ

Plurima, quæ civi mihi suppeditabat, abunde

CHRYSORIS: hæc inquam GEDANENSIBUS omnia Musis

Post habui; ignotumque larem, dubiosque penates,

Ambiguamque novæ fortunam auramque cathedræ

Non veritus per tot salebras, & longa viarum

Tædia semotis Arctôæ in finibus oræ

Quærere; ludibrioque Deæ permittere cæcæ

Meque, meamque domum. Qui tantum hoc tempore vestri

Adspectu, o Proceres, vestræque favore Sarepta

Sustinui, tot me cupidus damnare periclis;

Simne coli non dico: sed an sim dignus amari,

Dicite? iudicium heic vestri lænx æqua valebit.

Non ego damnificum vestris altaribus ignem

Intulero, vafris in fraudem corda iuventa

Pelliciens le nociniis fiscoque dolofo.

Amplector doctrinam animo, quam ab origine mundi

Primævisonuerè Patres ex arce profectam

Sideriâ, Vatumque sacrorum prodidit ordo

Entherusiat que adeo Christi quam lingua beatrix

Explicuit sociis coram, Cilicis que Magistri

Penna Dei pollens Europa Asiæque fideles

M tibus inscriptam chartis tramisit ad urbes.

Huius ut effigiem doctrinae SYMBOLAPRA SE

Priscaferunt, meliore Patrum quondam edita saclo:

Sic quoque Vindelicâ FIDEI que FORMULA in urbe Aug. Conf.

Casaris in vicî dextram que oculosque tremendos

Sustinuit, brevibus comprehendens maxima rerum

Momenta articulis, mihi calitis optima VERI

Creditur interpres, signum & pacale beati

Agninis extremo tenebras noctemque sub ævo

Pontificum exossiac hominum commenta dolosque

Gaudentis Superiûm atheriæ post ponere voci.

Hæc Fidei Cynosura mea pucrilibus annis

Quam didici ante pedes Præceptorum, & vice versâ

Jam docui plures Præceptor rite per annos.

Simplex mi pietas cordi est: nulla avia sector.

Et quamvis nequeam quidquam promittere magni;

Atque efferre meis memet super athera dictis:

Hoc tamen hoc, o cana Fides, tua jura professus

Polliceor, nullis umquam mutabile damnis

Nullis insidiis superabile pectus in hocce

Pallados ingenuæ templum fore: cura mihi ist hæc

Usque recursabit: ne quâ unquam parte fidelis

Officio desim Doctoris, nocte dieque

Incudem hanc tundens, summâ & molitus opum vi:

C

Aure

Norma Cõ  
fessionis  
meæ;

S. Pauli.

Pollicita-  
tio.  
1 Fidelis in-  
dustriæ in  
docendo.

Aurea Religio, ac Graia Latiaque Camena  
Cum Charis in juvenum ut dehinc ingeniosa serent  
Pectora, morigerosque parent maioribus ausis. (gnum)

Benevolen-  
tia & hu-  
manitatis  
erga disci-  
pulos.

Jaque adeo in pube hanc vultuque animuque beni-  
Induo: debilibus puerorum viribus ultro  
Consulere est animus, memetque remittere victum.  
Ceu qui gramineis exercet membra palastris  
Discipuli pugil imbellis: non ille minaci  
Orefurcens, ullove irarum percitus a stro  
Arma manu torquet, pugnaque pericula monstrat.  
Vix ferit, & rara crepitant sub vulnere mala.  
Sape optans vinci potius non pauca remittit,  
Aut etiam tota fugiens excedit arena;  
Impleat, ut stimulis animos acuatque favore.

Restipula-  
tio diligen-  
tia & obse-  
qui disci-  
pulorum.

Talis in hanc cat hedram consurgo. Sed an sit ini-  
Si qua jura mihi, stabili quas foedere leges (quum,  
Sponte rogo firmans, vos o devota Camenis  
Nomina, restanti palmaris adorea saclo,  
Vos eadem si nunc simili ratione reposcam?  
Eia agite o juvenes, Phœbi quos vivida laurus  
Musarumque movent choreæ, Charitumque lepores;  
Eia agite Aonios lati committite agonas  
Nobiscum: ambiguaque mihi reliquisque Magistris  
Obsequio facite & gnavo molimine palmam.  
Sit lis in dubio, utris nam victoria Martem,  
Parta suam annuerit: nos vera & sana docendo,  
Recta que suadendo conemur vincere: arena  
Res fuerit vestra, discendo sponte perennem  
Rectorum & monitis parendo ambire coronam.  
O Cadmeæ impar nimium victoria palma!  
Scilicet illa necem victis; victoribus ipsis  
Horribiles peperit transfixo corde dolores.  
Ista sed impigros mactabit fruge beatâ  
Victores; ipsi que feret rata premia victis.

~~Quo si cui mons sit monstrifera; ut neque pro se~~  
~~Officio par esse velit; monitisque rebelles~~  
~~Subducatur ferula que manibus vesanus est efficit:~~  
 Sedibus extorrem nostris hunc visere ad Indos (pta  
 Extremosque hominum volumus Garamantas; ubi a  
 Nequitia ipsius pateantque theatra furori. (HOVÆ  
 CHRISTE, Dei Suboles, lingua interpresque JESU  
 Namque tua primâ fabricasti ab origine mundi  
 Incubuit cura; genus ut mortale polorum  
 Secreta, aeterna documenta beata, salutis  
 Rescires: Duce te summa hac mysteria aruiti  
 Cognovere Patres; seris que nepotibus inde  
 Ediscenda piè commenda vere nepotum:  
 Tu quoque per veterum quondam speciosa loquutus  
 Ora Prophetarum, Juda Israelis que superbos  
 Taxasti populos: donec mortalia membra  
 Ipse habitus que gerens mortales, ardua Ephēbus  
 Pulpita Doctorum scandens, in signe sagacis  
 Doctrina specimen, tyrociniumque stupendum  
 Clarè ostentasti; ac propriâ sic voce cathedra  
 Pulvere asque operas disciplinamque sacra stiti  
 Eia age, CHRISTE, veni: neque enim te muneris huius  
 Tadet adhuc; ex quo supera novus Indiges arcis  
 Jura gregi sacro das intemerata; docentumque  
 Agmina discentumque benigno numine jungis.  
 Ergo age CHRISTE, veni, & propius res adspice nostras,  
 CHRISTE veni, sacroque favens advorte labori;  
 Serva artes, methodique teres melioris acumen,  
 Et sine quibus artes non est comprehendere linguas.  
 In primis propria his scamnis caelestia VERI  
 Esse jube documenta: procul procul, oro, facestant  
 Caca Superstitio ventura ignara salutis,  
 Impietasque DEI contemptrix atque sacrorum.

Poena in  
 refractari-  
 os.

EPILO-  
 GUS in  
 I. Precatio  
 ne ad CHRI-  
 STUM Fili-  
 um DEI.

I.  
 Pro confes-  
 satione re-  
 stor. stud.  
 in hoc lo-  
 co.

Sint unum; doceant unum; ac conamine summo  
Viribus & junctis huc totâ mente ferantur  
Ista Professores qui calcant pulpita: ut aptent  
Parvorum ingeniis sua dextrè scita Quiritum;  
Cum pueris que adeo sit balbutire voluptas.

2. Pro Suc-  
cessu labo-  
rum institu-  
tionis.

Da quoque CHRISTE, sacra Praeses venerande palastrae;  
Ut quicumque tubas nostrae & vexilla sequuntur  
Militia juvenes; pendentque doctentium ab ore,  
Figere sint animis Musæa reperta paratis;  
Næturnoque eadem versent que labore diurno.  
Dum magis atque magis vis adestans aetheris alti  
Arguet; penitusque imis infixæ medullis  
Dogmata consolidet; verosque coarctet ad usus.

3. Pro defê-  
sione piii ma-  
gistratus.

Denique qui nostris facit isthæc otia Musis,  
Usque Magistratui bene sit, sellæque curuli,  
Ordinibusque Patrum, queis civica commoda cordi,  
Tuta patrociniò hoc sic nostra examina te dehinc,  
CHRISTE, die venient; & decedente sonabunt:  
Donec in aethera celsis penetralibus Aula  
Cætibus immisti Angelicis, Divùmque chorèis  
Usque tibi hymnisonum cuncti pæana canamus.

II.

Gratularum  
actio ad  
Auditores.  
spectantis.

Quas sed ad extremum vobis, speciosa virorum  
Agmina, DANTISCI flos o generosior urbis,  
Seria vestra meo qui post habuistis honori,  
Quas vobis memori grates de pectore solvam?  
Præter verba nihil præsto est mihi; sed neque nostrum  
Est dare verba: nec usquam homines sibi verba dari optent.  
Quidnam igitur faciam? Nempe expectare jubebo  
Quemlibet è vobis; queisnam LAUBANIA contra  
Respondere Charis vicibus cupiat que velit que;  
Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.  
Næ in solidum mea tunc expunxero nomina: dicar  
Hanc vestri indignus cathedram tetigisse favoris.

DIXI.

581



SEQUUNTUR

ODÆ DANTIS  
CANÆ.



ODE PRIMA  
AD SPROTAVIAM

l. 4. Od. 1.

PATRIAM  
VALEDICTIO

**A**TAT morando quid facimus modi?  
Linguenda tellus, litora noster en  
    Damnat Phaselus detineri  
    Longius impatiens; volare  
En tenta gaudent carbasæ; remiges  
Per transtra præsto sunt! Palinurus &  
    Explorat, auras dadaleo  
    Ipse magisterio ferentes.  
Et jam sereno flamine commodum  
Adspirat Auster, ibimus, ibimus,  
    Quo fata mandant. Interim o tu  
    Carior his mihi jure ocellis;  
Aut si inveniri sit mihi carius  
Quid his ocellis, PATRIA millies  
    Mea ah valeto, ah ah valeto  
    PATRIA, perpetuos in annos,  
Vale & meorum care Parentium  
Cinis sub urnâ: quasque madentibus  
    Genis in abscessu osculari  
    Ad satiem nequeo, Sorores  
Valete bina, quis scit an amplius  
Orbe hoc videnda? non tua febrim  
    Sævis valetudo ardidarum

DOROTHEE, male tosta flammis  
Timere cogat omnia? Quin mihi  
Cornix quoque ipsi nescio quid mala  
Portendit Ales; atque prunas  
Turicremis rapere à focis Spin-  
turnix aduncis gestiit unguibus.  
Pol flebile omen! Dexterâ sed DRI  
Demulsa submisso precatu  
Vertere callet amare latis.  
O Lar paterna prasidium domus,  
Aurâque mites quas tener imbibi  
Infans, & o dulces Napæa,  
Lata & Hamadryadum choréa,  
Queis mistus olim pusio amœnius  
Collusitavi, litore in herbido  
Strepentis HEBRI, vos perenne  
Eia valete dehinc in ævum  
Pulchrèque habetote. Insimul ultimam  
Urbe exeuntem me comitantibus,  
Suavissimi o vobis Sodales,  
Apprecor ex animo salutem.  
WEIDNERE nostra prime puertia  
Formator, arti nunc decus addite  
Ingens medentum, & noctilica  
Pervigil Urania Satelles,  
Mysteque CNOLLI Cœlituum integer,  
Ad finis & tu candidè litibus  
Præfècte Prator transigendis  
HANTSCHALI, & ardua Civitatis  
HARTLIEBE sollers acta perennibus  
Mandare chartis, dignèque Avuncule  
WERNERE, re verâ benigni

Laudibus

Laudibus & titulo parentis.  
Vosque o propinquorum agmina reliqua  
Adfinium, quos ordine sit labor  
Longus recenseri, valete,  
Incolumesque superstite  
Plures per annos: Eia iterum precor  
Valete dulces commodè Amiculi,  
WERNERE que in primis, supremum  
O mihi fors hodie alloquende:  
At longius seu fatifera neunt  
Stamen sorores: seu tibi mors nigros  
Festinat, ignes: atra rursum  
Perpete consociatione  
Utrumque junget; spe que adeo omnibus  
Vobis eadem verba novissima  
Dico Viator, Proin' Amici  
Este mei memores in ævum;  
Nostraque posthac, suestis ut hactenus,  
Favete Musa. De me: anima prius  
Vitale donum corpus hocce  
Destituat, nigricante damnans  
Vatē sepulcro: quàm senium ultima  
Longevitatis, cuncta aliàs quidem  
Obliterantis, diffitorum  
Grandior aut valeat, locorum  
Inter capē do pectoris è sinu  
Tenace vestri tollere debitum  
Honorem & illud sempiternæ  
Gluten amicitie; propinqui  
Quo stemma partim sanguinis & rata  
Adfinitatis copula: sanctior  
Partim orthodoxæ Veritatis

Quo nos studium erudita &  
Commune doctrina atque decentium  
Par cura morum mutuò ab unguibus  
Junxit tenellis. SLESI D I sed  
Quidnam abiens precer universa?  
Ceres a gellos vestiat; arbores  
Pomona ditet, prata Pales; humum  
Ros irriget mane uber almam;  
Ne rapido nimis igne Titan  
Fruges adurat; neu noceant nives,  
Neu frigora arvis. Tum loca PAX amet  
Vicina: at aeternum otium  
ELYSIIS velit in rosetis;  
Jovam vereri sit popularibus  
Cura ante cuncta: Evangelique vox  
Sincera per pagos & urbes  
Consonet: inde situs Lycéis  
Artique constet Palladia & Dica  
Honus in ævum, ab SLESIIS have, vale;  
Et civis absentes vicissim  
Ignibus ure tuis amores.

ODE II.

AD MERCURIUM.  
HODOEPORICON  
pro felici itinere Dantiscano.

lib. 4. Od. 2

MERCURI, Legate celer Deorum,  
Certior quem nec per Olympicorum  
Orbium gyros, neque inane magni  
Æris usquam,  
Nec per extenta latus omne terra,  
Lintre nec si sit mare navigandum;  
Aut Stygis funesta palus refusa.

D

Semita

Semita fallit.

Cernis extremum comitantum ut agmen  
Dividat semet quoque sensim; amico  
Post salutatos animo penates

In viâ HERILES

BERGIO de sanguine equestre Fratrum;  
Nomen illustres que apices trahentum;  
Ultima ab nobis ubi sumpta junctis  
Prandia mensis.

Inter amplexus, lacrimis que mista  
Basia extremam heic tibi PETRE, Mysta  
Cælitum dico TITIE gerenti

Nomina gentis.

Dico & UNWIRDO ac patrium regenti  
SCHULTZIO ludum, neque te supremi  
Indigum, MOLLERE, mei viator

Defero voti.

Ecce RUMPLERI quoque me veredus  
Cumque FUSSELI alloquio CREMERUS  
Linguit; extremi comites ad ipsa

Mœnia GLOGÆ.

Ergo ades caducifer alme Divûm,  
Meque confines per Iazygas cum  
Conjuge illa sum GEDANI superbâ  
Sistito in urbe.

Pelle silvarum opprobrium latrones,  
Et via divergia fraudulenta  
Expedi pandens simul apta diver-  
soria fessis.

Mens sedet vicina subire GURÆ  
Mœnia in noctem: inde meridiari  
Forte cras nobis dabitur tabernâ in

PUNITIANA.

Oppidum

Spicuum noc Regis juga non repugnax  
Ferre Sarmatarum, Aquilonis aulam,  
Versus Arctóam patrios QUADORUM  
Terminat agros.

Hinc arenosa casa, nescio qua  
Porro GU STINI modicâ refectis  
Cænulâ nolet rigida invidere  
Stramina membris.

Mane nos vectura NEAPOLIMUSQUE  
Quando promôrit: puto, transfretanda,  
Lintribus junctis venient profundi  
Flumina VARTÆ.

Credo nec lassis facilem MILASLA  
Abnuat, noctem hospitibus: sed ultra,  
Mavelim procedere ad inficeti  
Horrea pagi.

Insequens Aurora videnda parva  
Tecta FROESCHLÆ dabit. Hoc procul sed  
Opido infecto lue pestilente  
Ad latus urge,

MERCURI, levum volucres quadrigas.  
Præstat ambâgis salebrosa res qua  
Persequi: quàm se temerè suosque of-  
ferre periclis.

Prandium quòd si foculus BOVISÆ  
Instruat, portis que rotas STRELINIS  
Vesper immittat: bene est hanc locatam.  
Dixero lucem.

Postero nam Sole parum immoratos  
Ferculis NTPÆÆA tuis via ultro  
Ad THORUNENSES per aperta silva  
Provehet arces.

Amnium quam partim opulentium Rex  
VISTULA allabens, bene onusta partim  
Plaustra lucrosi sine fine ditant  
Mercibus urbem.

Heic anhelantes requiere noctis  
Commoda vires reparare mens est;  
STAGNACULMARUM ut quoque deserentes  
Luce sequenti,

Tecta GRAUDENTI subeamus atram  
Advena in noctem; reduci fugabit  
Quam simul Phœbus jubare: inquietus  
Corpora euntum.

Portitor pontone capaciore  
VISTULÆ exponet cita transfluenta;  
Sicque praevectis NEOPTIRGIA gellos  
Nescio quonam.

Vim poli tecto & grave noctis astrum  
Fas erit vitare. Sed o benè, hac quod  
Fortè pernoctatio sufferenda est  
Ultima! Nam qui

Proximus THYRSÆ dabit intueri  
Mœnia à dextris minus alta Titan:  
Inclitas idem GEDANI exhibebit  
Vespere turres.

Hanc tua si sospes ovansque metam  
Virgula virtute, Nepos Atlantis,  
Prendero: pro more tuas mel & lac  
Imbuet aras;

Plurimus faxoque tibi quotannis  
Extæ denudet vitulus; chorosque  
Inter & risus tua Panes usque  
Numina dicant.

ODE III.  
SALUTATIO URBIS DANTISCANÆ,  
In primo ingressu.

Lib. 4. Od. 3.

**E**RGO itere absoluto  
Fida nos villis sine damno esse d. BRUSTIANIS  
Invehunt; & ungula  
Calcant equina passibus sonoris  
Strata via ferentis (bonum sit!  
Commodum ad portas GEDANI: jamque quod o  
Non modo alta turrium  
Acumina exstant: sed procul stupenda  
Est oculis notare  
Tecta murorumque minas, templaque sumptuosis  
Ducta ad astra molibus.  
Fallor, meisne destinata Musis  
GYMNASII quoque almi  
Se palam spectanda danunt culmina turre crebra  
Scandulis virentibus (&  
Non indecora? O ter mihi quaterque  
Palladia palæstra  
Pubis o salve; hospitium & mite laremque ami-  
Sanitate cum bonâ (cum  
Intra tuos fac cum meis deinceps  
Possideam penates:  
Sic tibi Techne faueat Mnemosyneque Aede-  
Erudita Numina; (que  
Tuisque epheborum agmina absoluta  
Porticibus tot usque  
Evolent: quos parte sui quintâ hilares Camæna  
Imbuisse nectaris  
Latentur: olim Equus quot expedit vit  
Tros Dolopum phalangas. (pinque  
Ecce sed SCHOTLANDIA, quod manibus in pro-  
D 3 Immi-

Imminet suburbium,  
Semet quoque abdit, dum loquor struicos  
Jam stupeo superbi.  
Aggeris porta propior. Eia P R Æ A L T A salve,  
Porta haecque millies;  
Tuoque felix & favens Poëta  
Nunc pateas. Eho quis  
Ingruit menti D E U S? aut unde novus medulla  
Sevit intimis furor?  
Desucta qui nam vellicatim adurgens  
Gloriola cupido  
Plectra titillat? reses ab qualibus usque & usque  
Fama aculeis Lyræ  
Urgetur? Eia nosco, Phœbe, numen  
Nosco tuum, paratus  
Quæ vocas cantu indugredi. Materies adest pol'  
Luculenta, seu domos  
Spectem superbas copiamque mercis  
Attalica & frequentis  
Dives examen populi: sive volucrium vim  
Narium, amne V I S T U L A  
Partim secundo Sarmatarum ab oris,  
Balthica quas que partim  
Portubus gaudet GEDANIS cottidie Amphitrite  
Appulisse; dapili  
Non absque lucro civitatis ampla.  
Jam quis apricitatem  
Non suburbanam roseæ Chloridos atque acanthos  
Pergularum amabiles  
Putarit æquæ Lesbio esse dignas  
Pectine: fornicata  
Quam Theatrorum spacia, aut magnificentiâ tot  
Ædium sacro usui.

Passim

*P*assim dicatarum inclitam per urbem?  
*P*racipue ante cuncta  
*H*ospitem me *P*ATRITIÆ inigne *S*ODALITATIS  
*I*n foro *P*ALATIUM  
*S*tuporis implens, non sinet *C*amēnas  
*L*ongius otuari  
*I*ncitas æstro immodico regificam canendi  
*P*orticum eque marmore  
*L*evi columnis, ac videnda formis  
*C*ircum a sarota miris.  
*N*on sine ipsâ *S*ymposii splendidiore pompâ &  
*C*hromatis melodia  
*T*am suavibus: *L*inum arbitrere ut ipsum,  
*C*um *T*hamyra melodi  
*G*utture, ac *A*mphionio *B*istoniove plectro,  
*P*osse consonantius  
*N*ihil sonare. *Q*uo sed ore sacrum,  
*E*unomia tribunal, (tem  
*A*tque *A*lethæa astringens, prout meritum est, salus  
*S*anctiora pulpita?  
*P*rob quantum imis in fibris vigescit  
*I*mpetus illa honora  
*C*uria ornamenta dehinc & *P*ATRITIÆ, sonoribus  
*P*redicare barbitis  
*P*ATRES, statumina ac bases quiescens  
*P*rosperitatis! Immo  
*S*tat ratum menti, neque me dedecet. *P*oëtam,  
*S*tirpe quotquot editos  
*V*etustiore clarat. alta *A*vorum  
*N*obilitas: suis rem  
*C*ivicam quotquot meritis consiliis que parte  
*P*ro virili adhuc juvant:  
*E*t quotquot illa doctior recocta

*E*nne-

Enneados palastra  
Arte perfectos Clariâ reddidit; at que Virtus  
Comiumque Gratia  
Probata morum ignobili popello  
Eximit: hosce tales,  
Si mea vis ulla Lyræ, moliar ævitati  
Consecrare post hunc  
Vivace plectra metrici canoris.  
Audiat hæc propinquo  
Amnium Rex VISTULA de flumine, cornibusque  
Ad mea sonum fidis  
Altè elevatis roridâque barbâ  
Sæpius umidarum  
Sistat emirans rapidos Naiadum meatûs;  
BALTHIDIQUE præ meis  
Sordescat, Odis cônchicæcæ marinus.  
Quod si hederata Nympha  
Antra Cantori indigena hæud inuideant amanâ  
Litoris crepidine, (in  
Nidumque dulcis otii virente  
Baccare flosculis que  
Pictum odoratis; ope quorum Aonides fugare  
Fascinum, & meo Anserem  
Defendere ausint cantui strepentem:  
Nemo pol erudito  
Me, reor, plectro anteierit, Pindaricæ tamesi.  
Jactitet Lyræ modos,  
Aut pectinem Alcai, Orpheique chordas.  
Magna crepo insolenter  
Parvulus: sed da veniam magna nimis crepanti.  
Magna BALTHIDOSCANI  
Magnâ meretur Civitas Camená.

